


Adolph Reets

**Sacrae Regiae Majestati Friderico, Suecorum, Gothorum Vandalorumque &c. &c.  
&c. Regi, Principi Hereditario Hassiae, &c. Augustissimo & Invictissimo, Regalia  
Sueonum Sceptra**

[Deutschland?], [1720?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1772796751>

Druck Freier  Zugang





II - 445.

SACRAE REGIAE MAJESTATI  
**FRIDERICO,**

SUECORUM, GOTHORUM VANDALORUMQUE  
&c. &c. &c.

**R E G I,**

PRINCIPI HEREDITARIO HASSIAE, &c.

AUGUSTISSIMO & INVICTISSIMO,

REGALIA SUEONUM SCEPTRA,

NOMINE OMNIUM FIDEI SUAE CONSORTIUM IN TERRA  
LUSITANICA DEVOTISSIME CONGRATULATUR

ADOLPHUS REETS,

*SACRAE REGIAE MAJESTATIS LUSITANICAE  
GEOMETRA & ARCHITECTUS MILITARIS.*

*// 445*

... SACRAE REGIAE MAJESTATI  
FRIDERICUS  
SUEGORUM, GOTHORUM VANDALORUMQUE  
R. E. G. I. A.  
PRINCIPI HEREDITARIO HASSIAE, &c.  
AUGUSTISSIMO, & INVICTISSIMO,  
REGALIA SUPPLEMENTUM SCPTA,  
NOMINE OMNIUM EIBI SUAE CONSORTIUM IN TERRA  
LUSITANICA, & OTSINE CONGRATULATOR  
ADOLPHUS REETS,  
SACRAE REGINAE MAJESTATIS LUSITANICAE  
GEOMETRA & ARCHITECTUS MILITARIS.  
Qui...  
&...



Esperiis Lumen sese quod monstrat in oris?

O! quale est, Phoebi superat quod sidera, nostras

Illustrans mentes, quo stat Lusitanica tellus?

Littora fulva Tagi mirantur Lumina tanta.

Quod rarum est, Lux haec Boreali venit ab axe,

Atque Helice hanc tribuit, tribuunt septemque triones,

Lumina Nereidum fugientia gurgite mergi.

Orbisne inverfus? Ganges Nabathaeaque regna

Produxisse Solem redivivum mane solebant,

Principio à mundi radios redduntque benignos:

Nunc torvus Boreas, glacialis in aethere ventus,

Lumina produxit, quae splendent aethere toto.

Sic ego; sed Clio respondens talia reddit:

Nescisne insolitam Lucem illuxisse benigne

In Sueonum terris, quae Majestate decora

Elevat & pressos populos, cunctosque serenat;

Hic FRIDERICUS adest, Hassorum ex Gente creatus,

Prodigium Regum, Divorum nobile Germen,

Editus est Atavis, Qui Summis Regibus atque

Caesaribus, Sceptris, & Majestate verendis,

A

Hos-

Hostes per bellum Fortis Qui vincere fuetus,  
Nec minus ad justos subjectos aequè Benignus.  
Sic magis atque magis FRIDERICUS tollit ad astra  
Tempora tot Lauris & tot redimita Corollis.  
Cui mage conveniunt Diademata sceptraque Regni?  
Qui Palmas numerare potest, dignosque Triumphos  
Regales, numeret, quot clarâ fidera nocte  
Splendent, quot flores, quot tellus educat herbas,  
Hic spicas numeret, tenet & quot littus arenas:  
Sic tenuis nequeo tantas depromere Laudes,  
Deterere has esset potius quàm ornare Poësi  
Nostra, quae haud digna est. Me incautâ audacia terret,  
Daedalidis monitum poenâ, poenâ & Phaëtontis.  
Testis Factorum Germania pressâ Tuorum,  
Belgicaque haec vidit Vincentia, Fortia Facta.  
Testis ego, qui tunc haec Praestantissima vidi.  
Ad nomen, FRIDERICE, Tuum vel Panicus adstat  
Gallorum terror turmis, Quod vincere fuetum,  
Non tulit Hunc Vultum Gallus, quod fusa fatentur  
O toties totiesque Tibi magna agmina victa.  
Scitque hoc non trepidus, divulsus ab orbe, Britannus.  
Suecia tolle caput! quosdam lacerata per annos,  
Sue-

Suecia Barbarico multum collisa duello!

Ecce Ultor CAROLUM Divum Regem Tibi reddens

Heros dum FRIDERICUS adest, non deficit alter,

Qui Vindex exstat, nec Barbara signa tremiscit.

Eja age, tolle moras, Tu ô Heros! Maxime rerum!

Optime Tu Regum! infestos Tu fundere ut hostes

Possis; namque potes, & vis, quia Numine Fausto

Bella geris: dubites non, stat Victoria promta.

Europae ô Columnen, Sueonum Supreme Monarcha,

Pellere Qui injustos fuetus, justosque tueri,

Conservare probae quoque Religionis honorem!

Scilicet hae Tibi sunt artes dignique labores;

Nos Euangelicae confortes Religionis,

Hicce Tagi ad ripas errantis Ulyssis in Urbe,

Nos Tibi gratamur, quod sis Diademate cinctus,

Fundimus usque preces pro Te, Rex, votaue fausta,

Ut Tu Nestorios vivas regnesque per annos.

Gratamur Regnis Sueonum, quae facta beata

Sunt Rege in Tanto. Sapiens Electio quanta est

Magnatum & Populi Talem sumfisse Monarcham!

Auxiliatricem nobis hic porridge Dextram.

Gens addicta Deo nullique obnoxia Papae,



Cuique superstitio fordet, nugaeque venales,  
Ante pedes Vestros humiles prosternimur omnes,  
Subiecti Digno Regali, Maxime, Sceptro  
Usque Tuo, petimus venerantes atque precamur,  
Nobis fit praesto Bona Mens Vestra Auxiliatrix!  
Pressa hic Relligio est, & Publica Concio nobis  
Hic nulla est, quamvis sit Praeful Numine plenus  
Urbe in Ulyflea: verum Huic non publica Dicta  
Promere, Divini Sacrata Oracula Verbi,  
Permissum est: tamen Hic, sudans in Munere totus,  
Scriptis non cessans claris Doctusque Piusque  
Illustrare illos, queis sunt Veracia curae,  
Tantum se monstrans, ut non fit dignior alter;  
Scilicet est Sueonum Doctör de stirpe creatus.  
Deficit haud Consul Sueönium, dignusque Minister  
Est Majestatis Vestrae, Qui his clarus in oris:  
Non tamen Huic licitum est, quod publica Concio fiat  
Aedibus in propriis; hic est dolor omnibus idem,  
Qui meliora tenent Divini Verbi Elementa.  
Relligionis opus quod spectat Tu esto Levamen;  
Tu potes, alter vix, qui vitae vescitur aurâ:  
Augusto hoc majus nil posses, Magne, patrare.

Sci-

Scilicet hoc notum est, scitque hocce & turbidus Auster  
Atque Oriens, cunae Phoebi, Borealis & Axis,  
Hesperus &, quo sub Regno nunc, Magne, tenemur,  
Magnanimus Tibi fit, quodque imperterritus ardor,  
Qui Lachefin superat, mortalia fataque spernit;  
Inconcussa Tibi Virtus hocce addidit Uni.  
Unum sed Tibi opus restat, Tibi conservatum  
His tenebris lucem ut reddas feliciter, o Rex!  
Sic supra Reges alios Tua Gloria crescet:  
Plurima posteritas merito Te dicere sanctum  
Gaudebit. Res est, qualem non reddere terris  
Poffet Alexander, nec Caji bellica virtus.  
Immortalis eris, Gothorum Nomina nota  
Dum sunt, dum vivunt coeli Myfteria sancta.  
Immortalis eris, cum Christi sacra Potestas  
Te vocat ad Regnum, quod nunquam tempora mutant.  
Interea vivat, valeat Tua Regia Conjux!  
Fertilis Haec Tibi fit, Quae Maxima Reginarum,  
Ut cernas Natos generosos atque Nepotes!  
Haffiaca & vigeat Stirps tam celebrata per orbem,  
Ut nullum poffet vel Phoebus cernere majus!  
Auriaca & vivat Princeps Princepsque tenellus,

Bel-

Belgarum spes summa, fibi Quem Frisia jactat  
Natum, Quemque fibi contendit digna Groninga,  
Et Quem septemplex populus fibi vindicat omnis!

Terrarum magnus conflatus circulus orbis  
Auro fit, Tu Rex Adamas fis purus in illo!  
O Princeps per Te tollat Pax, optima rerum,  
Alma caput, quod jam praestas, documentaque praebes  
Hujus, Magne, Boni, bello Qui Maximus exstas,  
Major eris Pacis merito per Maxima dona.

Suecia nunc gaude! terras Astraera revisit  
Gothorum; rediit nunc pleno copia cornu.  
Magnatum maneat semper Concordia laeta!  
Suecia florescas vigeasque! Potentia crescat  
Usque Tua! Ingentis Tu fis Rex Arbiter orbis!  
Cum Te fata vocant, fiat quod tempore fero,  
Tu super astra mices splendescens incola Coeli!

Conceptum in villa Nobilissimi Consulis Sueciae, non longe ab  
Ulyssipone ad conspectum Tagi, in fine anni MDCCXX.





Suecia Barbarico multum collifa duello!

Ecce Ultor CAROLUM Divum Regem Tibi reddens

Heros dum FRIDERICUS adest, non deficit alter,

Qui Vindex exstat, nec Barbara signa tremiscit.

Eja age, tolle moras, Tu ô Heros! Maxime rerum!

Optime Tu Regum! infestos Tu fundere ut hostes

Possis; namque potes, & vis, quia Numine Fauſto

Bella geris: dubites non, stat Victoria promta.

Europae ô Columen, Sueonum Supreme Monarcha,

Qui injustos fuetus, justosque tueri,

are probae quoque Relligionis honorem!

hae Tibi sunt artes dignique labores;

angelicae consortes Relligionis,

agi ad ripas errantis Ulyſſis in Urbe,

bi gratamur, quod sis Diademate cinctus,

us usque preces pro Te, Rex, votaue fauſta,

Nestorios vivas regnesque per annos.

ur Regnis Sueonum, quae facta beata

ge in Tanto. Sapiens Electio quanta est

um & Populi Talem sumſiſſe Monarcham!

iatricem nobis hic porrige Dextram.

dicta Deo nullique obnoxia Papae,

A 2

Cui-